



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

S. Vincentii Lerinensis Galli, Libellus Verè Avrevs Adversus profanas Hæreseōn novationes

Vincentius <Lerinensis>

Coloniae, 1652

Recapitulatio eorum, quæ præcedenti libro sunt dicta. Caput XLI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55177)

Recapitulatio eorum, quae precedentibus sunt dicta.

CAPUT. XLI.

Quae cum ita sint, jam tempus est ut ea quae duobus his controversiis dicta sunt in hujus sectione recapitulemus. Diximus in superioribus hanc fuisse semper & hodieque Catholicorum consuetudinem, ut fidem veram duobus modis approbent. Primum divinae canonis auctoritate, deinde Ecclesiae Catholicae traditione: non quia non solus non sibi ad universa assentiat, sed quia verba divina pro plerisque arbitrata interpretantes, varias opiniones erroresque concipiunt. Atque ideo necesse sit, ut ad unam Ecclesiastici sensus regulam scripturae coelestis intelligentia dirigatur, in quibus duntaxat praecipue questionibus quibus totius Catholici dogmatis fundamenta nituntur. Item dicimus, in ipsa rursus Ecclesia Universalis pariter & Antiquitatis consensum spectari oportere, ne

ad unitatis integritate in partem
 schismatis abruptamur, aut è vetu-
 statis religione in hæreseon novita-
 tes præcipitemur. Item diximus, in
 ipsa Ecclesiæ vetustate duo quædam
 vehementer studiosèq; observanda,
 quibus penitus inhæreere deberent,
 quicumque hæretici esse nolint: Pri-
 mum si quid esset antiquitus ab om-
 nibus Ecclesiæ Catholicæ sacerdoti-
 bus universalis Concilii auctoritate
 decretum: Deinde si quæ nova, exur-
 geret quæstio, ubi id minimè reperi-
 retur, recurrendum ad sanctorum
 PP. sententias, eorum duntaxat, qui
 suis quique temporibus, & locis in
 unitate communionis & fidei per-
 manentes, Magistri probabiles existi-
 rissent. Et quidquid uno sensu atque
 consensu tenuisse invenirentur, id
 Ecclesiæ verum & Catholicum absq;
 ullo scrupulo judicaretur.

*Breviter recapitulat ex secundo com-
 monitorio, quod intercidit: quomodo
 in Concil. Ephes. sanctorum PP. sen-
 tentia congregata sint. ut secundum*